



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Probatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

clesiasticas, nisi hoc fecerit incidenter,
Navar. cap. 17. num. 70.

PROBATIO.

Primo, in factis antiquis etiam scriptura probat. But. in c. 2. de fide instr. saltem quoad semiplenam probationem, Ia. in lege cum aliquis, colum. 3. C. de iur. delib. & factum antiquum potest dici in materia centum annorum, Capyc. dec. 86. numero 4. sed nota pro his, quæ dixi invers. ius patronatus, §. 21.

Secundo, Abbas seu Rector Ecclesiae, Capellæ, vel Altaris, si agit contra debitorē Ecclesiae suæ, debet probare, & ostendere titulum, si debitor excipit de titulo, Compostella, in cap. nihil, de elect. Capyc. in decis. 6. num. 1. & 2. sed an sufficiat probare professionem, & quid si possessio est recens, videto eundem, ibidem, numero 4. & 5.

PROCURATOR.

Primo, procurator in criminalibus non admittitur, c. veniens de accusat. & ibi gloss. in ver. criminali, Paris de Puteo, de Synd. in dict. verbo Procurator, Gerat. in Synod. 47. Felin. & Soc. in tract. fall. Reg. 312.

Secundò, valent acta per procuratorem facta in criminalibus, quo usque excipiatur per partem adversam, vel quo usque non repellatur à judicio. Gloss. in cap. in ver. criminalis. de judic. libro 6. & ibi Gomel. numero 75. & decis. Rot. 10. & bi Addit. de procurat. in noviss.

ⁱ Tertio, hoc & valet in criminе hære-

sis, Peng. Com. 36. in par. Direct. Inquisit. numero 139. Symmach. de Cath. institut. titulo 52. numero 40.

Quartò, hoc fallit primò in carcere, quod potest per procuratorem se tueri, decit. Rotæ 15. ubi supra, in noviss. Secundò, fallit ad allegandam absentiam, quia hoc potest procurator, etiam generaliter constitutus, decit. Rotæ 24. ibidem. Tertiò, fallit in actore, qui potest per procuratorem agere, etiam in causa criminali, similiter in muliere honesta, & universitate, Maran. in tit. an judicium sit criminale, vel civile, numero 54. & infra, Foller. tract. crim. de excusat. à n. 1. & infra. Quartò, fallit in excusatore, qui potest in causa criminali excusare reum absentem, gloss. in cap. si quando, 2. quest. 6. versiculo, per exploratores, ubi habes multos casus, in quibus potest in absentia agere quis per procuratorem. & in cap. exceptione criminali, 5. quest. 3. Quintò, fallit pro gravi infirmitate, / muliere prægnante, pro uxore infirma, filiis, impedimento carcerationis, clericatus, & aliis, cap. communis, 23. dict. Fallit sextò, quod potest intervenire in causa criminali, deducta in judicium per modum exceptionis. Anchæ. in cap. procurator, num. 1. de elect. libro 6.

Quintò, quando admittitur procurator in causa criminali, & maximè agendo, si dubitat demandato ipsius, debet & tenetur dictus procurator promittere de rato, Capyc. dec. 5. num. 3. Mat. 6. par. tit. de Inquisit. num. 194. Vide Innoc. in dict. c. veniam, & quid debeat facere excusator, vide ibi.

Sextò, quando contumacia procuratoris

